



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 vtrum religio sit virtus theologica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

fed, ab vno tantum proprio, ac proximo principio elicitive est. Qualitas vero elicitum ab extraneo etiam principio, tamquam a proximo elicitive esse potest, quia accidens eius est aduentitium, multiplex, & variabile. Actus igitur multi exteriores, vt sacrificia, ceremonie, & interiores aliarum potentiarum, vt oratio, iunt...

AD PRIMVM ergo dicendum, quod omne opus virtutis dicitur esse sacrificium, in quantum ordinatur ad Dei reuerentiam. Vnde ex hoc non habetur, quod religio sit generalis virtus, sed quod imperet omnibus alijs virtutibus, vt supra * dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, quod omnia, secundum quod in gloriam Dei fiunt, pertinent ad religionem non quasi ad elicentem, sed quasi ad imperantem. Illa autem pertinent ad religionem elicentem, quae secundum rationem suam speciei pertinent ad reuerentiam Dei.

AD TERTIVM dicendum, quod obiectum amoris est bonum: obiectum autem honoris, vel reuerentiae est aliquod excellens. Bonitas autem Dei communicatur creaturae, non autem excellentia bonitatis eius: & ideo charitas, qua diligitur Deus, non est virtus distincta a charitate, qua diligitur proximus. Religio autem, qua honoratur Deus, distinguitur a virtutibus, quibus honoratur proximus.

ARTICVLVS V.

Utrum religio sit virtus theologica.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod religio sit virtus theologica. Dicit enim Aug. * in Enchiridio, quod Deus colitur, fide, spe, & charitate, quae sunt virtutes theologicae: sed cultum Deo asserre pertinet ad religionem. ergo religio est virtus theologica.

¶ 2 Praet. Virtus theologica dicitur, quae habet Deum pro obiecto: religio autem habet Deum pro obiecto, quia ad solum Deum ordinatur, vt * dictum est. ergo religio est virtus theologica.

¶ 3 Praet. Omnis virtus vel est theologica, vel intellectualis, vel moralis, vt ex supra * dictis patet. Manifestum est autem, quod religio non est virtus intellectualis: quia eius perfectio non attenditur secundum considerationem veri. Similiter etiam non est virtus moralis, cuius proprium est tenere medium inter superfluum, & diminutum. Non enim aliquis potest superflue Deum colere, secundum illud Eccles. 43. Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum poteritis. maior enim est omni laude. ergo reliquitur, quod sit virtus theologica.

sed circa humanam mentem humana opera, resque exteriores, quas offert Deo orando, adorando, sacrificando, offerendo. Quia vero theologas participat, Deum habet pro obiecto non simpliciter, sed cui debetur cultum asserre. Et quidem quod religio habeat Deum pro obiecto, cui debetur asserre cultum, euidenter patet. Quod etiam ex tali obiecto sumatur unitas, vel diuersitas habitus, patet ex hoc, quod alia est virtus, qua cultum Deo, alia, qua cultum patri, alia qua cultum maioribus exhibemus, propterea quia alia ratione Deus: alia patet, alia alij honorandi sunt, vt testatur distinctio inter pietatem, obsequantiam, & religionem. Et propter hoc in articulo tertio ex unitate rationis formalis Dei assignata est unitas religionis. Et in articulo quarto ex incommunicabilitate illius rationis, distinctio religionis a iuritate, qua honoratur creatura, deducta est in responsione ad ultimum. Sed quod Deus non attingatur actibus, quibus colitur, non ita liquet. Si tamen proprios religionis actus formaliter, & nudos insperemus, manifestum erit quod quaerimus. Actus namque interiores, quibus solis possumus Deum attingere, ut sunt actus voluntatis, & intellectus (nam materiales actus ad Deum terminari nequeunt) quatenus religionis sunt, debent Deo cultum reddunt, hoc est, offerunt Deo, vel mentem ipsam, vt deuotio, oratio: uel exteriora. Ac per hoc colendo Deum, non Deum secundum re attingimus actibus illis, quibus illum colere dicimur: sed attingimus nos ipsos, aut res extra, quamuis grammaticaliter colere Deum, attingere Deum significet pro quanto ly colere, significat terminari ad Deum. Secundum tamen ueritatem rei, actus colendi ad nos, aut nostra attingit, offerendo illa Deo. Non sic autem in fide, ut in litera dicitur. Sed credendo Deo, quod est habere Deum pro obiecto, vt cui attingit actu credendi ipsum Deum. Sed ob-

SED CONTRA est, quod ponitur pars iustitiae, quae est virtus moralis. RESPOND. Dicendum, quod sicut supra * dictum est, religio est, quae Deo debetur cultum asserit. Duo ergo in religione considerantur. Vnum quidem, quod religio Deo asserit scilicet cultus, & hoc se habet per modum materiae, & obiecti ad religionem. Aliud autem est id, cui asseritur, scilicet Deus, cui cultus exhibetur, non quasi actus, quibus Deus colitur, ipsum Deum attingat, sicut cum credimus Deo, credendo Deum attingimus. Propter quod supra * dictum est, quod Deus est fidei obiectum non solum in quantum credimus Deum, sed in quantum credimus Deo. Asseritur autem Deo debitus cultus, in quantum actus quidam, quibus Deus colitur, in Dei reuerentiam fiunt, puta, sacrificiorum oblationes, & alia huiusmodi. Vnde manifestum est, quod Deus non comparatur ad virtutem religionis, sicut materia, vel obiectum, sed sicut finis. Et ideo religio non est virtus theologica, cuius obiectum est vltimus finis, sed est virtus moralis, cuius esse est circa ea, quae sunt ad finem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod semper potentia, vel virtus, quae operatur circa finem, per imperium mouet potentiam, vel virtutem operantem ea, quae ordinantur in finem illum: virtutes autem theologicae, scilicet fides, spes, & charitas habent actum circa Deum, sicut circa proprium obiectum. Et ideo suo imperio causant actum religionis, quae operatur quaedam in ordine ad Deum. Et ideo * August. dicit, quod Deus colitur fide, spe & charitate.

AD SECUNDVM dicendum, quod religio ordinat hominem in Deum non sicut in obiectum, sed sicut in finem. AD TERTIVM dicendum, quod religio non est virtus theologica, neque intellectualis, sed moralis, cum sit pars iustitiae, & medium in ipsa accipitur, non quidem inter passiones, sed secundum quandam aequalitatem inter operationes, quae sunt ad Deum. Dico autem aequalitatem non absolute, quia Deo non potest tantum exhiberi, quantum ei debetur: sed secundum quan-

Artic. 1. 2. & 3. huius quaest.

q. 2. Art. 2.

Loco citato in argu.

securitatem in hac re facit, quia considerantur actus religionis non formaliter, quatenus religionis solus sunt, sed quasi vestiti ab aliqua alia virtute. Sicut cum oratio petit Deum propter Deum, & huiusmodi, imperata a charitate hoc facit. Cum inquitur diuino auxilio, imperata a spe hoc habet. Cum contemplationi diuina insitit, a fide, & domis intellectus ac sapientiae mouetur: & sic de similibus dicendum est. In hoc ergo oportet resolueri, quod actus religionis, pro quanto religionis pura sunt, nos, nostraque attingunt ut materiam, quam Deo offerunt: ita quod sicut cum genu flectimus, ipso actu membra nostra offerimus eorum officio, ita actibus intellectus, & voluntatis ipsas vires offerimus earundem officio. Et quia voluntas cetera mouet per ipsam etiam reliqua offerimus. Pro quanto uero quandoque actus religionis ad Deum attingunt, ex alieno hoc fortuitur. Et per hoc patet, quod nec veritati, nec sibi aduersatur author hoc in loco, sed omnia consonant, ut amplius in hoc tractatu liquida erit eius intentio ex ipsius doctrina.

ARTICVLVS VI.
Utrum religio sit praefenda alijs virtutibus moralibus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod religio non sit praefenda alijs virtutibus moralibus. Perfectio enim virtutis moralis consistit in hoc, quod attingit medium, ut patet in 2. Ethicor. sed religio deficit in attingendo medium iustitiae, quia non reddit Deo omnino aequale. ergo religio non est potior alijs virtutibus moralibus.

¶ 2 Præc. In his, quæ hominibus exhibentur, tantò videtur aliquid esse laudabilius, quanto magis indigenti exhibetur. unde dicitur Isa. 57. Frange ciuicent panem tuum: sed Deus non indiget aliquo, quod ei a nobis exhibeatur, secundum illud Psalm. 15. Dixi domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. ergo religio videtur minus laudabilis alijs virtutibus, per quas hominibus subuenitur.

¶ 3 Præc. Quanto aliquid fit ex maiori necessitate, tantò minus est laudabile, secundum illud 1. ad Corinth. 9. Si euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit, ubi autem est maior necessitas, cum ergo Deo maxime sit debitum,

his, quæ ad religionem spectant. Non enim potest iustitia legalis, nisi reddendo Deo debitum, virtutis, quam proximo. Propter quod non est habitus ne alienus Deus, ut finis est cultus sibi per religionem, cum potius sicut ad eam spectant: tunc ceteris virtutibus moralibus, quæ sunt ad proximum, potius debentur. Non enim potest iustitia legalis, nisi reddendo Deo debitum, virtutis, quam proximo. Propter quod non est habitus ne alienus Deus, ut finis est cultus sibi per religionem, cum potius sicut ad eam spectant: tunc ceteris virtutibus moralibus, quæ sunt ad proximum, potius debentur.

quod ei ab homine exhibetur, videtur quòd religio sit minus laudabilis inter uirtutes humanas.

SED CONTRA est, quod Exod. 20. ponuntur primo præcepta ad religionem pertinentia tamquam præcipua. Ordo autem præceptorum proportionatur ordini virtutum, quia præcepta legis dantur de actibus virtutum: ergo religio est præcipua inter uirtutes morales.

RESPON. Dicendum, quod ea, quæ sunt ad finem, fortius bonitate ex ordine in finem. & ideo quanto sunt fini propinquiora, tanto sunt meliora. Virtutes autem morales, ut supra habitum est, sunt circa ea, quæ ordinantur in Deum, sicut in finem. Religio autem magis de propinquo accedit ad Deum, quam alia uirtutes morales, in quantum operatur ea, quæ directe, & immediate ordinantur in honorem diuinum: & ideo religio præceminet inter alias uirtutes morales.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod laus virtutis in voluntate consistit, non autem in potestate deficere. Et ideo ab aequalitate, quæ est medium iustitiae, propter defectum potestatis, non dimittit laudem virtutis, si non fuerit defectus ex parte voluntatis.

AD SECVNDVM dicendum, quod in his, quæ exhibentur alteri propter eorum utilitatem, est exhibitio laudabilior, quæ fit magis indigenti: quia est utilior Deo autem non exhibetur aliquid propter eius utilitatem, sed propter eius gloriam, nostram autem utilitatem.

AD TERTIVM dicendum, quod ubi est necessitas, tollitur gloria supererogationis: non autem excluditur meritum virtutis, si adfit uoluntas. Et propter hoc ratio non sequitur.

ad uirtutem moralem ea, quæ sunt potius voluntatis, se habent formaliter. Et magis habitus electius, ut dicitur in 2. Ethicor. Et propter hoc in posse non minus decorem, & excellentiam perfectio in uelle. Et ideo in licet actus perfectio nis laudi admittit, ex hoc, quod non potest debitu possibilibus, ac per hoc equale, si deus tendendum est enim ad formale rerum, & significanda sunt.

Infra q. 88. artic. 6. cor. & q. 183. arti. 2. cor. Et 3. conc. 183. cor. 1. fi. Et quod 6. ar. 11. cor. 1. li. ca. 6. tom. 5.

Super Questionis octuagesimæ primæ Articulum secundum.

In artic. 6. eiusdem questionis 81. dubium occurrit ad hominem, & simpliciter. Nam superius in q. 88. artic. vlt. author posuit iustitiam primam inter uirtutes morales: hic autem ponit religionem præcipuam inter easdem. Simpliciter autem, quia iustitia ordinatur ad proximum, religio autem ad Deum: ac per hoc religio præferenda est iustitiae, etiam legali, quæ ad bonum commune humanum ordinatur.

¶ Ad hoc dicitur, quod comparatio præfens, ad literam non fit, nisi inter partem, & partem, & non inter totum & partem. Iustitia autem legalis, & religio se habent ut totum & pars. Nam ad iustitiam legalem spectat ordinare ea, quæ religiosi, sicut ea quæ temperati, & quæ fortis. Unde & leges latae inueniuntur de